

HOMILIA XVIII.

Verba illa Christi dilucidantur: Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; sic qui manducat me, et ipse vivet propter me: ostenditurque simul, quam sit Incarnationis arcano simile Eucharistiae mysterium, et declarat utriusque corporalis carnis Christi cum carne sacramentum hoc digne recipientis.

Quamvis omnia Dei opera ad praedicamentum, et ordinem gratiae supernaturalem spectant valde sunt mirabilia; duo tamen praesertim emicant, et ceteris palmam praeripiunt, Incarnatio, et Eucharistia: ideoque tamquam eximia magis, et reliquorum capita iunxit Christus, cum dixit: *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; sic qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Primis verbis loquitur de Incarnatione, sicut misit me, ut dixit Cyrillus (lib. 4. Sup. 18. sup. Ioannem): *Cum missum se esse Filius dicit huc, incarnatum se esse, nihil praeter hoc aliud denotat.* Ultimis vero verbis agit de hoc divino sacramento: *Sic qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Ego existimo nihil esse, quo magis declaretur Christus sacramento lectus, quam ipsomet Dei Verbo carne vesit; quare cum ipse praedictis verbis hoc iter ostendat, et hanc doceat ratiocinationem; sequamur eam, ille namque praelecebit nobis ad magna, et suprema mysteria in hoc divino sacramento defendenda: magnum enim inter utrumque similitudinem invenimus. Nam si de Incarnatione dixit Isaias (c. 53): *Quis credet auditui nostro? id est, quis sibi persuadet Deum factum hominem? Hebraei quoque de hoc sacramento dixerunt: Durus est hic sermo, et quis potest eum audire? Sed quemadmodum fides omnipotentiae Dei primam expedit difficultatem, cum Virgini angelus dixit, ipsam super mysterio Incarnationis alloquens: Quia non est impossibile apud Deum omne verbum; sic eadem fides est, quae nunc facilem reddit, et expeditam huius divini sacramenti difficultatem. Atque ideo singulari consilio Evangelista Ioannes de ipso tractaturus incredulorum animos praeparavit, praemittens omnipotentiam Christi inquit: *Omnia dedit ei Pater in manus, ut infanta illa Dei potestas auditoribus proposita, viam pararet ad huius sacramenti credendam veritatem, essetque omnium expeditio difficultatum, responsionum argumentorum, et argutarum rationis humanae unica solutio.* Hinc s. Iob difficultatibus mysterium fidei agitat, ad Dei potentiam confugebat, et ardua omnia, ac difficilia sacramenta superabat, dicens: *Scio quia omnia potes, idcirco ponam munus meum super os meum.* Et David eodem utebatur remedio, quando dicebat (Psal. 70): *Quoniam non cognovi litterarum, introibo in potentias Domini: quoniam rudis, et ignarus sum ad investiganda divina mysteria, ad Dei omnipotentiam me conferam: illic enim inventio omnium mearum**

difficultatum responsionem, et solutionem. Nam revera quidquid in rerum natura est, nihil aliud nisi quod Deus vult, est, sicut in virga Moyses; dixitque Deus (Exod. 4): *Proice illam in terram, et protinus conversa fuit in colubrum ita horridum, et deformem, ut fugeret Moyses; dixitque iterum Deus: Resane illam, slatimque veterem virgae formam recepit.* Si tunc Deus interrogaret Moysen, quid in manu habes? responsionem ei experientia iam ostenderat, Domine, quod tu volueris esse, hoc erit: quoniam res non sunt aliud, quam quod tu vis, ut sint. Si vero ad magis intima, et arcana pergamus, cognoscemus, quod quemadmodum in Incarnatione Verbum divinum de caelo ad viscera beatissimae Virginis descendit, ut dixit David (Psal. 18): *A summo caelo egressus eius; ita divinus hic panis in manus sacerdotis de caelo venit: Hic est panis, qui de caelo descendit.* Et quemadmodum in illo mysterio Filius Dei venit in mundum (Ionn. 2): *Ecce i. Patre, et veni in mundum, nec puncto temporis separatus fuit a pectore Patris, in cuius erat consortio: Et Verbum erat apud Deum; in hoc sacramento quamvis Christus in caelum remigravit, non ideo nostram deseruit societatem, sed nobiscum mansit usque ad ultimum rerum omnium terminum (Matt. 28): Ecce vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Et quemadmodum ex Verbo divino, et sacra eius humanitate regiae saae personae unita, Spiritu sancto adumbrante factum fuit unum divinum compositum, quod est Christus Dominus, quem s. Thomas (3. p.) vocat personam compositam, quoniam ex duabus naturis componitur; ita ex corpore Christi, et speciebus sacramentalibus divinum hoc, et ineffabile sit sacramentum. Et quemadmodum in Incarnatione divinum Verbum occultit divinitatis excellentiam, et supremam dignitatem sub humanitatis vilitate, et humilitate, unde illud vocavit Isaias (c. 43) Deum absconditum: *Vere tu es Deus absconditus: idque tali modo, ut oculis fide carentibus videretur purus homo, et ceteris omnino similis; ita in hoc divino sacramento tam artificioso, et mirabiliter elat Christus divinum, et humanam naturam suam legumento accidentium, ut soli solum sensibus duceretur, non esse illic diceret Dei carnem, sed tantummodo panem, quod s. Cyprianus (in ser. de coena Dom.) paucis verbis ita complexus est: Sicut in persona Christi humanitas videbatur, et latebat divinitas, ita sacramento visibili ineffabiliter divina se effudit essentia.* Et quemadmodum ad peragendum Incarnationis mysterium concurrerunt verba, quae protulit Virgo, dicens (Luc. 1): *Ecce mihi secundum verbum tuum tuum;* sic ad Eucharistiae sacramentum conficiendum utitur, tamquam instrumento, forma sacramentali, quae in verbis consecrationis est sita, dum ait sacerdos (Matt. 26): *Hoc est corpus meum;* alique ita fit, quod dixit Augustinus: *Acedit verbum ad elementum, et fit sacramentum.* Et quemadmodum signa ab Sponsa notata, per quae cognoscendum erat Dei Verbum carne amictum, fuerunt candor, et rubor (Cant. 5): *Dilectus meus candidus, et rubundus;* ita insigne, per quod hoc discernitur

sacramentum, et a reliquis omnibus distinguitur, duo quoque sunt colores, candoris in pane, et ruboris in vino; unde non minus verba Sponsae (ibid.): *Dilectus meus candidus, et rubundus,* conveniant Deo incarnato quam eidem sacramenti speciebus abscondito. Et quemadmodum in mysterio Incarnationis deest humanitati Christi naturale sustentaculum humanae personae, quoniam caret suppositalitate creata, quam supplet divina ipsius Verbi aeterni; ita etiam in Eucharistia deest accidentibus sustentaculum, et subiectum substantiae panis, supplet Deo per mirabilem efficientiam suam, quod sua causalitate materiali ipsa substantia panis causabat. Et quemadmodum persona divina vacuum, quod fecit defectus personalitatis humanae, ita implevit, ut sacra illa humanitas non haberet appetitum naturalem, nec illicitum, ut vocant Theologi suppositalitate, quae naturaliter ei debebatur; nam si talem haberet appetitum, non esset quieti, donec illum explet; sic in hoc sacramento supplet Deus substantiam panis defectum, ut non minus aliat, et suslentet corpus nostrum panis, et vinum consecratum quam non consecratum, sicut experimento comprobatur est. Et quemadmodum in Dei Incarnatione Verbum mansit impassibile, et immortale, sed caro eius passibilis, mortalis, et exposita iniuriis, et contumeliis hominum improborum; ita in hoc divino sacramento, quamvis est in se iam immortalis, et impassibilis, dum tamen est sub accidentibus panis, et vini, manet subiectus multis iniuriis, et contumeliis eorum qui illum indigne recipient. Et quemadmodum Deus factus homo se tantum demisit, ut nomen sibi dederit vermiculi, tanquam tenerimus ligni vermiculus; ita per Eucharistiam ad tantam descendit humilitatem, ut se vermium cibum fieri permittat. Quare si rem attente consideramus, magis se in hoc opere, quam in illo deiecit: nam illic speciem, et habitum induit humanum: *Habitum inventus ut homo;* hic autem sub cibi forma se abscondit: *Caro mea vere est cibus;* illic contraxit suam magnitudinem sub creatura rationis particeps, et beatitudinis capace; hic sub creatura insensibili, et beatitudinis incapace. Et cum tanto magis quis humilior fieri, ac demitti vilis dicatur, quanto despectior amictus est, et vilior habitus; videtur Dei magnitudo se magis demisisse, dum panis accidentibus se textit, quam dum carnis humanae vestitus velavit: quod ponderamus Augustinus (duobus in locis suorum sermonum) sic interrogat: *Unde commendavit Dominus noster corpus, et sanguinem suum? de humilitate sua; nisi enim esset humilis Deus, non manducaretur, nec biberetur;* concluditque: *Semetipsum ezinavit, ut manducaret panem angelorum homo. Quia ergo homo ad illum panem non poterat ascendere, dignatus est panis ipse descendere ad hominem.* Quae sententia, et animi conceptio, quoniam Augustini, magni quidem habenda erat, sed et auctorem habet Deum, per Oseam ita dicentem: *Declinavit ad eum, ut resceretur,* quod idem est, interpretante Hieronymo, ac si dixisset, descendi, et demisi me ad humanam naturam

induendam, ut cibus hominum fierem. Et quemadmodum in Incarnatione Verbi divini mirabilis est Dei initio in homine, et hominis in Deo: ita enim vocat Filium s. Iacobus: *Suscipite instum verbum;* sic in communique divini huius sacramenti Christus animae, et anima Christo inseritur, sicut ipse dixit: *In me manet, et ego in eo.* Unde velat cum arbori infertilem arborum alterius arboris fructum ferentis inseritur, producit illa fructum dulcem, et utilem, quoniam insitivum naturam assumit; ita quicumque medio hoc sacramento inseritur Christo, ex oleastro amaro, et infertili fit olivae fertilis, et iucunda, ut ait Paulus (Rom. 14): *Tu autem cum esses oleaster, insertus es in bonam olivam; itaque sicut cum arbor inseritur, fructus eius habet saporem insitivum; sic opera illius, qui Christo inseritur, per hoc sacramentum, Dei habent saporem, et odorem: Deum sicut enim converso, demulatio, confabulatio, studia, occupationes, et nihil in eo est, quod Deum non sapiat, et refoleat. Denique sicut media hypostatica unio, quoniam Deus homini coniunctus fuit, vivit homo vitam divinam, hoc enim significat, Misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem;* ita per Christi unionem cum eo, qui ipsum digne recipit in hoc sacramento, vivit homo vitam supernaturalem, et divinam, ac talem, ut magis Christi vitam, quam propriam vivere Apostolo (Galat. 2) videretur: *Vivo ego iam non ego, sed vivo in me Christus.* Per optimos certe aqueductus, et felicissimum, atque abundanter venam haec vitae aqua dimanat, qua divinum hoc sacramentum animam foecundat, et refrigerat; Pater est fons, et origo vitae, et ab ipso vitam accipit Filius, et a Filio communicatur humanitati Christi, et a Christo in animam nostram derivatur; itaque in die Incarnationis Deus eduxit aquam de coelo, donec illam perduxit ad sacram suam humanitatem, quae arca est, intra quam Deus delitescens per triginta tres annos nobiscum fuit. Hodierno autem die aperit Deus Verbo incarnato venam, et affigit ei aqueductum divini huius sacramenti, ut Deum ipsum in fonte suo gustemus, quemadmodum dixit d. Thomas (in opus. 57): *Et spiritualis dulcedo in suo fonte degustatur: et ut sanguine suo irriget, ac virtute suae carnis plantas Ecclesiae catholicae nutriat, et suslentet, fiatque hoc modo adeo mirabilis unio carnis Christi, et illius, qui digne carnem illam accipit, ut melius, et verius, quam de coniugibus dici posset (Gen. 2): Erunt duo in carne una: quia utitur comparatione de hac re tractatus Augustinus (cap. 6. super Ioannem), et Cyprianus (in tract. de Iud.): idque iure optimo, quoniam in baptismismo Christi, et animae nuptiae celebrantur; in hoc divino sacramento matrimonium utriusque perficitur, tam excelsa et mirabili coniunctione, ut illam Christus cum unione, quam ipse habet cum Patre, comparaverit: Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter patrem; sic qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Ad hanc declarandam unionem sanctus Gregorius Nyssenus (ora. cathec. c. 37) ultimum similitudinem firmam, et massae, quae a

fermento tota corrumpitur: Sicut parum fermenti sibi assimilata totam conspersionem; ita corpus a Deo morte affectum cum fuerit, intra nos totum ad se transmutat et transfert: quo etiam pertinet verba Chrysostomi (sup. Matt.): Nos secum, ut ita dicam, in unam massam reducit, nec id fide solum, sed re ipsa nos suum corpus efficit (in hom. 436) ita explicat unionem per eam, quae inter cibum, et ipsum comedentem est, inquit: Ut non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem convertemur, per hunc cibum efficitur, quem nobis largitus est: et Cyrillus Alexandrinus (super Ioannem) eandem coniunctionem, et communionem comparat cum ceris liquefactis, et invicem confusis: Sicut enim si aliquis liquefactae cereae aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est; ita si quis carnem, et sanguinem Domini recipit, cum ipso illa coniungitur, ut Christus in ipso, et ipse in Christo invenitur. Ne quis vero putaret hanc unionem esse tantummodo per spirituales affectum, et charitatem, ait idem Cyrillus (lib. 4. c. 17): Non negamus recta nos fide, charitateque sincera Christo spiritualiter coniungi, sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem cum illo esse id profecto pernegamus, idque a divinis Scripturis alienum dicimus; et inferius tanquam rata faciens, quae dixerat, adiecit: Considerandum est, non habitudo solum, quae per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum etiam et participatione naturali. Et sanctus Augustinus, ut referatur in capitulo, Christus passus, de consecratione distinctione secunda, in huius veritatis confirmationem inquit: Caro quia erat peccato obnoxia, et ideo mortui, carni eius mundae unita, et incorporata, unaque cum illa effecta videtur spiritu eius, sicut vixit corpus de spiritu suo; et sanctus Thomas in opusculo de sacramento altaris inquit: Magnum quidem fuit, Christum Dominum seipsum in peregrinationis nostrae socium dedisse, major vero, in pretium redemptionis; hoc tamen donum adhuc est in aliqua separatione ab eo, cui datur; cui autem datur in cibum, datur non ad aliquam separationem, sed ad omnimodam unionem, vultur enim in unitate corporis. Ex doctrina horum omnium Patrum, tam Graecorum, quam Latinorum, et aliorum plurimum, quos afferre possem, sicut Irenaeum (adv. haer. lib. 5. cap. 10), Ioannem Damascenum (lib. 4. cap. 14), Ioannem Leonem Papam (in epist. 23), manifeste colligitur, praeter unionem spirituales, et affectivam, quae fit per gratiam ad charitatem, et praeter coniunctionem materialem, quae fit ex corpore Christi sub sacramento cum pectore recipientis ipsum, quoniam haec unio, et coniunctio communis est omnibus iam dignae, quomodo indigne accedentibus, esse et aliam ineffabilem coniunctionem corporis, et sanguinis Christi cum illo, qui digne Christo communicat: et cum haec unio, si rem tractemus cum omni figurae theologico, non sit unio compositionis; nec transuolutio unius substantiae in alteram, sicut est ex cibo, et qui eo alitur; nec sit continuatio carnis Christi, et illum recipientis, sicut est inter ceras liquefa-

clas, et confusas, et inter fermentum, et massam; nec sit aliqua unio, ex qua tertium compositum a singulis extremorum distinctum resulet; superest dicendum, quod cum haec admiranda unio non sit formalis, ut loquuntur theologi, esse coniunctionem, non solum affectivam, sed effectivam, in quantum Christus media sacratissima sua carne, non solum per effectus ab ipso in animam redundantes, sed etiam directe per actionem ad id immediate directam minuit peccati fomitem, et concupiscentiae ardorem, inordinatos appetitus, et sensus intemperantes moderat, carnis rebellionem frenat, et suae carnis contactu facit carnem nostram castam, et puram; et testatus est propheta Zacharias, hoc sacramentum appellans. Finem germinans virginis. Ita docent communiter Patres, et praesertim Cyrillus (lib. 3. sup. Ioan. cap. 27. et lib. 4. cap. 17) dum ait: Sedat, cum in nobis manet Christus, saevientem membrorum nostrorum legem. Gregorius Nyssenus (oratio. Catech. cap. 37) divinum hoc sacramentum vocat, Salutare medicamentum, praesens nostri corporis affectiones corrigens. De quo etiam sanctus Iohannes Damascenus (lib. 4. c. 14) sic loquitur: Cedit in animam, et corporis praesidium. Feliciusque recordationis Pius Quintus in suo Catechismo dixit: Hoc sacramentum sensum libidinem colit. Idemque docet late Concilium Coloniense. Quoniam igitur caro Christi in hoc sacramento, quae memorativam, corporales effectus inducit carni eius, qui digne Christum sumit, per quos recipiunt carnem Christi suae facit similem, ideo dico mirabilem hanc unionem esse non solum affectivam, sed effectivam, distinctam a spirituali, et affectiva, de qua in homilia sequenti tractabimus, nec non de materiali coniunctione, quae est inter Christi corpus, et illius, qui ipsum accipit. Nec fatiganda mens est in perquirenda alia unione corporis praeter hanc, quam assignavi, nec Patres superiores citati, ut consilium ex adductis rationibus, aliam intendunt assignare coniunctionem cum Christo; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIX. *De unitate unius substantiae in cibum, et de aliis variis effectibus, quos divinum hoc sacramentum animae nostrae inducit, illuminans intellectum, corroborans voluntatem, reprimens praesens affectus, et datus virtutis continuationem.*

Etsi multi sunt divini huius sacramenti effectus, primum tamen inter omnes locum tenet arcu Christi cum anima nostra unio, quae illum in auctorem suum transformat, faciens, ut vitam vivat divinam, sicut testatus est Christus: Sicut misit me pater, et ego vivo

propter Patrem; sic qui manducat me, et ipse vivet propter me. Quae verba magnus pater Hilarius (in lib. de Trin.), et Cyrillus (lib. 4. c. 18) interpretantur de vita, quam Christus vivit, in quantum Dei Filius naturalis, et aequalis Patri est. Unde sensus erit, sicut ego procedo a Patre, et vitam ab illo per aeternam generationem accipio, ita qui digne me recipit, procedit a me per spirituales generationem, et a me ipso immediate accipit vitam, qua vivit. Sed Ambrosius (in lib. de fide), et Basilus (in lib. contra Eunom.), eadem verba declarant de vita supernaturali, qua Christus vivit in quantum homo per gratiam hypostaticae unionis, ita ut sensus sit: sicut humanitas, quoniam personaliter divino Verbo unita est, vitam habet divinam, ita etiam qui digne me sumit, quoniam unitor mecum, sibi moritur, et mihi vivit vitam meae similem. Quo genere loquendi usus est Paulus (2. Cor. 5): Ut qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui propter ipsos mortuus est. Hic est principalis effectus, quem medio hoc sacramento in nobis Christus gigni procurat, videlicet, ut nobis morientes et vivamus. Quod in figura dixerat olim vidua illa, quae (3. Reg. 17) memoratur Comedamus, et moriamur, quae res ita gesta fuit. Magna et gravi grassante fame misit Deus prophetam suum Eliam ad civitatem sanctae viduae domum, ut ab ipsa hospitio acceptum cibo reficeretur; qui domum eius ingressus dixit: Affer mihi, obsecro, et buccellam panis in manu tua: quae respondit: vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinae in hydria, et paululum olei in lethyo: en colligo duo ligna, ut ingrediari, et faciam illud mihi, et filio meo, ut comedamus, et moriamur. S. Augustinus (in sermone de temp.) scribit, per hanc vitam significari Ecclesiam catholicam, et per duo ligna Christi crucem, vel quia ex duobus lignis composita fuit; vel quia, ut Origenes explicans locum Isaiæ (c. 53) iuxta translationem septuaginta interpretum, Rex Hui suspensus est in gemino ligno; vel quia in cruce Calvarii, ubi mortuus est vitae auctor, duo crucifixi fuerunt, Christus nempe, et diabolus: Unus ut victor, alter ut victus, sicut canit Ecclesia: Ut qui in ligno vincet, in ligno quoque vincetur. Nisi dicere velimus, duos hos crucifixos, esse, novum hominem Christum, nam et ita vocat eum Paulus, et nostrum veterem hominem, et idem loquitur Apostolus (Rom. 5): Factus homo noster simul crucifixus est, ut destrueret corpus peccati. Pugillus farinae, quem sibi adesse dicit Ecclesia, divinum hoc sacramentum est, cuius materia est panis ex farina triticea, quem panem servat sibi, et filius suus (3. Reg. 17): Ut faciam illum filio meo, et mihi; et filii eius, nempe fideles omnes, divinum hunc cibum manducantes Christo vivente, et mortu simul, et omnibus vitis incipiunt. Ut comedamus, et moriamur. Ita contigit Sponsae, quae postquam divinam hunc cibum gustaverat, dixit (Cant. 3): Ego dormio, et cor meum vigilat: excubias ago, et vigilas Sponsa mea, reliquis omnibus mundi rebus dormio. Et quia somnus est imago mortis, nam sicut in morte, ita in somno cessant dormien-

tis operationes; cum Sponsa dixit se dormire, idem fuit, ac si dixisset, se esse mortuam mundo, et rebus omnibus quae ab illo plurimum habentur. In huius rei typum legimus, quod quando Elias recubans sub umbra arboris, quae symbolum fuit crucis Christi, bibit, et comedit cibum de caelo sibi missum, Petiit animae suae, ut moreretur; et cum hoc desiderio dormivit oblitus omnium deliciarum, et honorum, quae mundus appetit, et amplectitur. Talis est effectus, quem divinus hic cibus producit in nobis: dat enim animae vitam, et mortem: Felix mors, inquit Bernardus (ser. 33. in Cant.); quae vitam non auferit, sed in melius transfert: quod didicit ab Apostolo Paulo, dicente (ad Phil. 1): Mihi autem vivere Christus est, et mori turram: haec enim mors vitam non eripit, sed tradit ad meliorem, per quam Christo conformamur. In cuius rei figuram fecimus in sacris litteris de opulentissima, et fertilissima terra promissionis ita scribit (Num. 13): Terra, quam illustramus, desorat habitatores suos; terra, quam vidisti, terra est devorans, et consumentis incolas. Tatis est fecundissima terra sacrosanctae humanitatis Christi, vere devorans eam manducantes, sicut dicit Hieronimus (c. 30): Qui comedunt te, devorabuntur. Corium, et exploratum habeant, quomodo hunc cibum paem devoraverint, quod non in substantiam suam, sicut cibum, quo vescuntur, illam convertent, sed ipsi potius eos in se ipsum per gratiam, et charitatem mutabit. Ratio plana est, quoniam cibus, quo nutrimur, non habet ex se virtutem ad corpus alendum, sed illum accipit ab anima, cuius est potentia nutriendi: nam ipse cibus corporeus per se non sufficit ad conservandum in substantia propria comedentem; caro autem Christi, quod vitae fontis confluit sibi, insitiam habet virtutem nutriendi, et alendi animam, et illam spiritualiter in propria substantiam transferendi, ac tandem efficiendi, ut vivat eadem vita, qua ipsa semet Christus vivit. Ab hoc effectu, tanquam a fonte, alii plures oriuntur. Quoniam quemadmodum propter unionem, quam cum Verbo divino habebat Christi humanitas, tantum lumen accepit, ut per ipsum illustrata ad clarum Dei visionem perveniret, et in ipso res omnes praeteritas, praesentes, et futuras viderit; sic anima, quoniam spiritualiter coniungitur Christo, qui est Patris sapientia, et iustitiae sol, radios lucis illius participat, donec seipsam, et Deum cognoscat, quae dicitur sancta heretica, et valde utiles cognitiones, ab Augustino desideratae, cum dicebat: Noverim te, et noverim me. Satis cognoscebat hunc effectum Ecclesiasticus, quando propheticus suae mentis oculos protendens ad hunc usque panem, vocavit eum Panem vitae, et intellectus; quoniam praeterquam ipsum vividit, ipsum etiam maximum veritatum cognitionem, iustar lucidissimi solis, illustrat. Habemus huius rei mirificam imaginem apud Ezechielem, qui aliquando fame gravi laborans, audivit vocem sibi dicentem (Ezech. 23): Fili hominis comede volumen istud. Quid ais Domine? quod liber legendus est, non comedendus: fac quod impero, dixit Deus, et comede volumen. Tunc ille signatum

librum accepit, et invenit scriptum intus, et foris: et quod Scriptura continebat, Cantica erant laeta, et tristes pariter noeniae, sive, ut ibi dicitur, *carmen*, et *vae*. Post haec dicitur volumen comedisse, et ex pastu illius magnam Prophetam percipere dulcedinem: *Comedi silud, et factum est in ore meo, sicut mel*. Ad haec figuram explicandam suppono, Christum esse vitae librum, in quo descripta sunt nomina praedestinatorum: librum, in quo Deus legit quidquid noscit: librum, in quo didicerunt caelestes spiritus, et cherubin, omnia quae sciunt: et quamvis id conveniat Christo, quantum Deus est, convenit etiam eidem quatenus homini, esse librum, in quo Deus habet impressa studia sua, et cogitationes: librum, qui fuit in Incarnatione compactus, in circumcissione amputatus, in cruce confusus, ac laudem rubrica proprii sanguinis insignitus. His suppositis, liber a Deo missus Ezechiel ad vivum representat divinum hoc sacramentum: nam in primis scriptus est intus, et foris: characteres externi sunt lectu faciles, nam eos sensus nostri percipiunt, quales sunt odor, color, et sapor; internos autem characteres, quantumvis aphantur maxima quaevis ingenia omnium Philosophorum, non poterunt intelligere: siquidem omnis naturae facultas impotens est ad intelligenda mysteria, quae in Christo sub hoc sacramento latente continentur. Et quemadmodum in illo volumine erant characteres laeti, et lugubres, *sive carmen, et vae*; sic in hoc sacramento, de quo dixit Thomas: *Mors est malis, vita bonis*; nam his vita est, et dicitur: *In me manet, et ego in eo*; quae verba sunt carmina laeta, et iucundae cantilinae bonis: sed malis sunt mors, et venenum: *Iudicium, sibi manducavit, et bibit*; quae sunt lamenta, et funebres cyrotus. Hinc est quod cum propheta Ezechiel iustus esset, et sanctus, profuerit ei esus volaminis, sive libri, quem comedit, gustatumque illius dulcissimum iudicaverit: *Factum est in ore meo, sicut mel*; quemadmodum Ionathas, qui postquam favum mellis comederat, lumen oculorum recepit: *Intinxit in favum mellis, et convertit manum suam in os suum, et illuminati sunt oculi eius*; ita Ezechiel fuit illuminatus aspectus, ut Dei gloriam videret: *Et ecce gloria Domini stabat, quasi gloria, quam vidi iuxta fluvium Chobar*. Sic divinus hic cibus intellectum illuminat, et expellit caliginem, quae impeditur in cognitione Dei, et sui ipsius, estque liber, et volumen, in quo legimus, et discimus charitatem, humilitatem, patientiam, obedientiam, ac reliquas virtutes, quae in Christo resplendent. Est et alia huius sacramenti virtus, qua tertius assignatur effectus, quae non solum illuminat mentem, sed corroborat voluntatem, et animam undequaque nutrit, ut ipsam invadentibus hostibus fortiter oblectetur. Ad quod praesignificandum carminis, quando Abraham ex quodam proelio imbecillis, et languidus redibat, pane fuisse a Melchisedech recreatum: ut dicitur: *Et panem accepit fortitudinem, ut arduum clium montis Oreb conscendere valeret* (3. Reg. 19): *Ambulavit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei Oreb*. Hieremias in vinculis,

et Daniel in lacu leonum panem ab angelo, et animi pariter constantiam acceperunt. Aegyptius ille, cuius pulsus prae nimia debilitate fere nullus erat, panis esu recuperavit spiritum, et quasi iam egressa de corpore anima illius retenta fuit: *Dederunt et panem comedere; qui cum comidisset, recreatus est spiritus eius, et refocillatus est*. Paulus Apostolus, cum post extasim debilis, et imbecillus mansisset, cibo fuit confirmatus (Act. 9): *Et cum accepisset cibum, confortatus est*. Narratur quoque (in lib. Iudicum), quod olim populo Israelitico in magno periculo constituto propter obsidionem Madianitarum, et Amalechitarum dux Gedeon timore, ac sollicitudine anxius erat. Quare Deus nocte illa eum consolatus est, dixitque, vade contra exercitum: tua enim erit victoria. Quo verbo firmatus castra movit, et perveniens ad hostium auditum militum, qui erat in excubiis, somnium committenti suo narrentem in hunc modum. Scio me vidisse dormiendo panem de caelo descendentem in exercitum Madianitarum, qui tantam stragem, et caedem edebat, ut nullus militum superstes evaserit. Gedeon audito somnio respondit statim, interpretans somnium: panis iste absque dubio gladius est Gedeonis: *Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis*; quod eventu completum fuit: nam Gedeon exiguo exercitu hostes aggressus omnes illorum copias dissipavit, et debellavit. Quae res admiranda fuit divini huius panis figura: nam experientia docet, ipsum esse gladium nostrorum vitiorum, loriam fortem, et clypeum aeneum, ad prolegendam nostram imbecillitatem, et ad hostium lethales ictus, et vibrata tela retundenda. Convenit etiam plurimum huic mysterio, quod accidit David fugienti regem Saul, qui eum interimere cupiebat. David enim repentina fuga correptus, cum non potuisset armari, abiit inermis ad Achimelech sacerdotem, petiitque, ut si quem haberet gladium, sibi mutaret: cui ille respondit, arma offensionis non habeo: haec enim a meo munere aliena sunt; illic tamen est in altari velo candido involutus gladius, quo caput gigantis Goliath amputasti: si hic gladius ad rem, quam paras, aptus est, arripe illum. Tunc David: *Non est alter similis, da mihi illum*. Nunc ad propositum nostrum. Advetendum est, hunc gladium esse, quo Philistensium populum Dei in proeliis vexabat, et quo David ei vitam eripuerat; et ideo tantquam res sancta, et sacra in altari reverenter candido velamine lectus custodiebatur. Notum est, gladium, quo humani generis adversarius maiorum in mundo fecit virgatem, esse carnem: siquidem propter ipsam primi nostri parentis gratia privati, et universis eorum bonis proscriptis, perpetuo exilio a paradiso cecit fuerunt: propter ipsam misit Deus in orbem terrarum universalem aquarum inundationem, quibus omnia submersa perierunt, oculo tantum animabus salvis permanentibus, ut dicitur Petrus (2. Pet. 3): *Octo animae salvae factae sunt*. Propter ipsam ignis caelestis quoque civitates consumpsit, et vastavit aliisque innumera supplicia, quae referte longum esset, Deus inflixit. Vult igitur nunc Christus hunc vincere

adversarium, et ut si victoria gloriosior, accipit armaturam, qua ipse tantum intulerat vastitatem: carne me persecutus es, et carne te persequeris; et haec est, quae legitur mappis candidentibus accidentium, quae armatura ita potens, et gladius tam acutus est, ut solo aspectu vaginae accidentium, quibus absconditur, daemones contremiscant. Multa habet et diversa arma Ecclesia catholica adversus hostes, ieiunium, orationem, eleemosynam: *Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium* (Cant. 4). Verumtamen, ut dixit David de gladio suo: *Non est alter similis*, non est armatura, quae comparari possit cum carne Christi in hoc sacramento existentis. Ad quod aludens Hieronymus (in hunc locum), ubi nostra vulgata vertit: *Panem angelorum manducavit homo*, ipse interpretatur: *Panem fortium, manducavit homo*. Invaluit quondam usus, ut milites fortes, et praeliis explorati ad liberam convivium, et mensam reciperentur, sicut nunc fit apud Principes in mensis, et epulis, ut vocant status. Unde narrat historicus, Rodericus de Bivar, alio nomine *Gid Ruidioz*, habuisse mensam rotundam, a maioribus nostris valde celebratam; ad quam accumbere solum licebat ducibus, ac militibus animo, et rebus gestis praestantibus. Sed aliam Christum in Ecclesia mensam erigit longe pretiosiorum: nam illa, de qua diximus, non faciebat convivas ex ignavis fortes, vel firmos ex imbecillis, sed illos iam strenuos, et laudabiles existentes accipiebat; haec autem altaris mensa, in qua Christi caro ministratur, suggerit fortitudinem, et pectoris alacritatem convivis suis adversus animae hostes, et a fatabatur David (Psal. 22): *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me*. Inaditum certe foret, si adversarii arcem aliquam, vel civitatem invadere volentibus dux, et custos illius diceret, ecce hostes adsunt, mensam parate, et onerate variis epulis, accumbamus, ut convivemus: si diceret, erigite vexillum, pulsate tympana, inflate tubas, canite classicam, parate tormentarium pulverem, et grandiora tormenta disponite ad iaculandum in adversariorum exercitum, opportune loqueretur; at extrui mensam, explicari non vexilla, sed mappas, et quo tempore arripendus erat gladius, arripi pocula, et quando iacula in hostem erant vibranda, amico in convivio propinare, ac ludere inter cyathos, id profecto alienissimum est ab officio boni ducis, et non solum admiratione, sed reprehensione dignissimum. Ideoque Deus incuriam, et negligentiam ducum populi sui arguens, dixit per Isaiam (c. 21): *Pone mensam, contemplantur in specula comedentes, et bibentes; surgite principes, arripite clypeum: quasi dical, egregium certe praeliandi genus, assidere mensis, et repleri cibis, ac subinde velle agere vigilias, et assequi victoriam. Onustus enim cibo, et potu quis dicat, ut scuto brachium armanes, gladium vagina educant, et in hostes ferociter erumpant? Ita fit, et usu probatum est in mensis mundi, quoniam eius alimenta magis apta sunt ad praebenda hosti arma, quam ad ipsum oppugnandum. Sed in altaris mensa longe aliter evenit: nam in sin-*

gulis buccellis inclusa datur omnis Dei potentia, et fortitudo, per quam huic mensae accumbentes, ex ignavis, et timidis fortes, strenui, et invicti redduntur. Hinc vere dixit Cyprianus (in *expos. orat. Dom.*): *Non est idoneus ad martirium, qui ab Ecclesia non armatur ad proelium: quia mens deficit, quam recepta Eucharistia non erigit, et accendit*. Quare iure dixit David (Psal. 22): *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me*. Et Chrysostomus (hom. 61. ad pop. Antioch.), qui expertus noverat, quantum animi alacritatem, et fortitudinem afferat menti hic divinus cibus ad praelium universae daemones catervae inferendum, dicebat: *Tantum leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles*. Sciebat optime magnus hic Pater experimento constare, qualia sunt alimenta, tales in humano corpore humores generari; atque ideo videns huius mensae convivas sustentari carne, et sanguine leonis: sic enia Ioannes Christum vocat: *Fecit leo de tribu Iuda, dicit: Recedamus ab hac mensa, tantquam leones ignem spirantes*. Ab hac fortitudine, quae per hoc divinum sacramentum communicatur, nascitur alius effectus castissimae carni Christi valde conveniens, et proprius, quo frenantur sensuum turpes, et inordinati affectus, vitiorumque laxae habentae comprimuntur, ut docent S. Cyrillus (sup. Ioan.), Gregorius Nysenus (ora. Cath.), et Ioannes Damascenus (lib. 4. c. 14), ubi sacramentum hoc appellat *Carboneum ignitum, purificantem animam*. Ad quod praenotandum, quando arca testamenti, quae huius sacramenti umbra fuit, Iordanem transibat, ab eius praesentia cursum aquarum retardatum, quod magnam altitudi Davidi admirationem: unde dixit: *Quid est tibi mare, quod fugisti, et tu Iordanis, quia conversus es retrorsum?* Sic in hoc divino sacramento sola Christi praesentia, et transitus per pectus illius, qui digne illum recipit, retardat impetum, et reprimat libidinis vehementiam, vitisque omnibus, et malae vitae consuetudini terminum, et finem addicit. Quomobrem si quem viderimus, qui haec mensam frequentaverit, veteres mutavisse mores, nec ita soluta vitae ratione, ut antea, vivere, possumus illum eisdem verbis Davidicis interrogare: *Quid est tibi mare, quod fugisti, et tu Iordanis, quia conversus es retrorsum?* Eras varius, et instar maris aestuantis, solutus legibus, et effrenis, nunc compositus, temperans, et modestus factus es; quis auctor fuit tantae metamorphoseos, seu transmutationis? quis antiquorum affectum frenavit, et retinet cursum tuarum voluptatum? Quis? Arca sanctissimi sacramenti, caro inquam Christi, quae sacramento velata intrans pectus seclere parum, ab omnibus vitiorum procellis sedat, ac pace complet. Haec sunt causa tantae mutationis, sicut etiam singularis auxilii, quod eadem caro praebet ad perseverandum in virtute, quemadmodum Christi verba docent: *In me manet, et ego in eo*. Ego, et qui digne me sumit, firmum amicitiae foedus inimus, et ipse novam in virtute firmitatem per me accipit, et novus agit radices in me ipso, sicut ego in ipso, amicitiae, et

charitatis: *Io me manet, et ego in eo.* S. Ambrosius (*in lib. de fuga saeculi*) videbatur hunc praestantissimum effectum considerare, quando dixit: *Non cum praerente figura mundi opera nostra praerent, ne ipsi etiam praerentur, sed manemus in virtute. Si manemus in Christo, manebimus in virtute, et cum eo manebimus, et non praerentibus.* Idemque vir sanctissimus (*in lib. de fide*), loquens de hoc sacramento, ita scripsit: *Panis supersubstantialis, ex verbis substantiam virtutis manentis cordi, et animae subministrat.* Sed ante omnes noverat David firmitatem, et stabilitatem, quam divinus hic panis affert digne manducantibus, cum dixit (*Psal. 103*): *Et panis cor hominis confirmat.* Inest praeterea huic divino sacramento virtus alia, quae, sicut constat ex Conc. Florentino, spiritualiter operatur in anima omnes effectus, quos panis materialis in corpore producit: atque ita, quemadmodum panis, quem tu comedis, per omnes corporis partes distribuitur adimento est, ut oculi videant, lingua loquatur, pedes ambulent, et reliqua membra corporis suis fungantur actionibus; ita divinus hic panis digne, et pure comestus prodest ad correndam oculorum libertatem, reprimendam linguae licentiam, et gressus revocandos inuites, ac tandem totum hominem divinitus componit, et Christo similem facit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XX.

Continuatur explicatio effectuum ab hoc divino sacramento manantium, expositis Davidicis verbis: Cibavit eos ex adipi frumenti, et de petra melle saturavit eos.

Contemplans propheta David divinum hunc cibum foecundam venam esse dulcedinis, perennem fontem suavitatis, et spirituales alveum coelestium melle fluentem, cupiensque omnes illo frui, postulat ardentem a nobis, ut suavitatem eius experiamur (*Psal. 33*): *Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus.* Iudicabat enim, quod quemadmodum saporis illecebra, quae reperitur in cibis materialibus, solent excitare gustum, et appetentiam; ita qui divinum hoc alimentum gustasset, quamvis appetitus eius antea langueret, facile fore ut in posterum iam incedam, et salutarem alimoniam appeteret. Verumtamen ne videatur alieni humanum esse inventum, quod hunc divinum cibum vocemus alveum mellis coelestis, intelligit a Spiritu sancto ita vocatum ore Davidis, cum dixit (*Psal. 80*): *De petra mellis saturavit eos.* Et cum nunquam in sacra Scriptura legamus de lapidibus a Deo extractum mel ad sui populi delicias, et utilitatem, sed aquam tantum icu Mosaycae virgae, quae ille percussit lapidem, fontem elicuit, quo Dei populus sitim exstingueret: constat significari per verba Davidis hoc divinum sacramen-

tum, in quo Deus mel consolationis, et dulcedinis eduxit de petra, quae est Christus (*1. Cor. 10*): *Petra autem erat Christus*, in illo prius icu virgae passionis, quam sustinuit: hincque percipietur aenigma Samsonis (*Jud. 14*): *De comedente cavet cibus, et de forti egressa est dulcedo.* Deus antequam homo fieret, et cum Spousa matrimonium contrahens mansuissere, leo erat in homines. Quendam, quoniam in die festo ligna colligebat, lapidibus obrui iussit; et alterum, quia testamenti arcam tetigit, sive quod illam non debito ritu portasset, et sibi privavit; et Bethsamitarum, quoniam egressi fuerunt arcam foederis inspecturi curiosius, omnes nobiles, et ex plebis quinquaginta milia hominum interemit. Erat denique olim Deus leo vivas, comedens, et devorans (*Deut. 32*): *Gladius meus devoravit carnes.* Postea autem factus est leo mortuus, in cuius ore inventus fuit mellis favus divini huius sacramenti ad animae nostrae delicias: unde factum est, ut cum ante ille homines morsibus dilaceraret, nunc homines illum uno morsu comedant, et antiqua saevitia, ac severitas conversa iam sit in singularem suavitatem, et dulcedinem inauditam. In cuius rei figuram olim Deus iubebat in Levitico sal in sacrificio sibi offerri, et mellis oblationem prohibebat: sal enim mordax, et asperitatis symbolum; mel autem, quoniam dulce, significat suavitatem, et benignitatem. Quamobrem admittens Deus salis oblationem, mellis vero sacrificium recusans, indicavit, nobis suavitatem ab ipso reservari in haec felicissima gratiae tempora, in quibus dulcissimum mellis favum, divinum nempe sui corporis sacramentum gustamus, et comedimus. Quae Deo quondam offerebantur sacrificia, solum habebant odorem Dei, carne nostra induti (*Levit. 4*): *In odorem suavitatis;* erantque umbra, et figura futurae incarnationis; sed altaris sacrificium, quod et nunc offerimus, non solum continet odorem, sed etiam saporem Dei iam hominis facti: quare non solum odore, sed gustu quoque anima delectatur, et recreatur: quandoquidem propria Christi caro, quae omnis est incanditatis, et suavitatis fons, ei per hoc sacramentum communicatur. Considerans s. Clemens Alexandrinus iam singulares delicias, et tantum beneficium, dixit Deum se gessisse instar apsis, quae alitur floribus, et herbis in horto nascentibus, rore marino, myrto, et salvia, et subinde quasi beneficium rependens, eosdem flores horti, seu viridarii domino restituit in meliorem substantiam, et in formam gustui gratiorem conversos, favorum, et mellis commutatione; ita Dei Filius nostram carnem induit mortalem, et passionibus obnoxiam ex Mariae visceribus acceptam: ipsa enim fuit viridarium, sive hortus clausus, de quo Sponsus dixit (*Cant. 4*): *Hortus conclusus soror mea.* Fuit et sacra eius humanitas horti flos (*Isai. 11*): *Et flos de radice eius ascendet.* Accipit igitur Dei Filius hunc florem ab horto humane naturae, et quasi remunerans, et beneficium refundens restituit nobis eundem florem; factum tamen meliorem, dans nobis carnem suam impassibilem, immortalem, et glo-

riosam, unitam regiae suae personae, quae est principium, a quo omnis dulcedo, quae in hoc sacramento sentitur, emanat. Et quemadmodum ros marinus, si maneret in horto, retinisset amaritudinem, et tandem tempore exsiccatus marcuisset, quoniam *Omnis caro foenum;* illum autem depascens apis, mirabili sua virtute, et industria reddit suavem, et esui aptum, ex illo favum conficiens; ita ex Christi humanitate, quae per se, atque ex sua propria specie non erat cibus aptus ad comedendum, Christus ipse instar apis mysticae dulcissimum favum mellis sanctissimi sacramenti elaboravit, cibumque composuit ita gustui gratum, et comediendi utilem, ut qui digne gustaverit, eius semper desiderio teneatur, et ut famuli Iob, carnibus Domini saturari cupiat. Illi namque suavitatem morum, et dulcedinem sui domini illece dicebant: *Quis del, ut salvemur de carnibus eius?* Quasi dicerent, est adeo dulcis, et iucundus herus noster, ut illum uno morsu deglutire vellemus, ut amori, et desiderio, quo erga illum ardemus, aliquando ad plenum satisfaciamus. Hoc desiderium iam impletur in iustis, cum Christum Dominum unius buccellae sumptione accipiant. Itaque si bene consideramus, nunquam apes in restituendis floribus, quos viridarium depascentes carperunt, tam sollicitae fuerunt, quantum Christus in rependendis humano generi beneficiis, et delicias temporarias ab hoc nostro rure accepit: nam pro terra, quam calcavit, caelum aperuit; pro aqua, quam bibit, aquam praebuit baptismatis, et aquam de latere fudit; pro aere, et igni, quo respiravit, et caluit, dedit nobis in figura aeris, et ignis divinum Spiritum; et pro cibo, quo unus est terrestri, et corruptibili, nunc dat nobis caeleste, et ab omni corruptione alienum nutrimentum: ac tandem pro tam exiguo gustu, quem ex illo percipit, largitur gustum, et suavitatem divini huius sacramenti, in quo tantum in fonte spiritualis iucunditas percipitur, ut s. Thomas (*in opus. 37*) his verbis testatus est: *Suavitatem huius sacramenti nullus digne exprimeret sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte depugatur.* Qui primus huius divini cibi expertus est suavitatem, Christus fuit: ipse est, qui eum praegustavit coenae tempore, prius quam illum a se pro nostra salute condidit, et coctum ad ignem salis amoris, nobis prorrigeret manducandum: nam quavis s. Thomas (*3. p. q. 18. ar. 1*) refert nonnullis sine nomine auctores, qui censuerunt Christum in coena divinum hunc cibum non gustasse, veram tamen est, et communiter receptam a Theologis, comestum a Christo panem consecratum, et ab eo discipulis fuisse divinum. Unde s. Hieronymus (*epi. 113*) de Christo inquit: *Ipsa coeniva, et convivium; ipse comedens, et qui comeditur.* Eademque verba referuntur in capitulo: *Nec Moyses (de consec. dist. 2. Ecclesiast.)* cantat: *Non estis in coena, sed in convivio.*

Se nascentes dedit sociam, subitae carnis concessens in edulium. *Non estis in coena, sed in convivio.* Sanctus Thomas (*loco super. cit.*) in responsio-

ne ad primum argumentum, refert hoc cuiusdam Poetae versus in eiusdem rei confirmationem:

*Res sedet in coena turba cinctus duodena,
Se tenet in manibus, se cibatur ipse cibus.*

Ad quod etiam probandum citat Glossam ordinariam (*sup. c. 3. Ruth*), et Theodoretum, huic proposito accommodantem Apostoli Pauli verba (*ad Hebr. 2*) scribentis: *Quia pueri communicaverunt carni, et sanguini, et Filius Dei participavit eisdem.* Sed non minori cum proprietate hanc probare veritatem possumus Sponsi verbis (*Cant. 3*): *Comedi favum meum cum melle meo, ac si diceret, gustavi favum mellis a me ipso factum, et tanquam alter Noe bibi vinum ex vinea, quam plantaveram: Bibi vinum cum lacte meo.* Sanguinem suum appellat vinum, non solum quia ipsum sub specie vini praebet, sed etiam quoniam ut fiat vinum, necesse est de vitibus uvae legi, lectas in torcular deferri, delatas pessumdari, et magno ligno superposito comprimere, ut succus totus eliciatur, donec pelliculae exhaustae, ac foedae remaneant; ita in hoc divino sacramento Christus est totus, sive racemus figuratus in eo, quem exploratores a terra promissionis tulerunt, qui coniectus fuit in torcular crucis, sicut ipse dixit per Isaiam (*c. 63*): *Torcular calcavi solus;* ipse ab hostibus suis exagitatus, calcatus, et compressus fuit trinum clavorum impressionibus, adeo ut totus eius sanguis expressus fuerit, et aqua simul cum ipso profunderit, sui sanctissimi corporis pelle sicca, et deformat remanente: quibus rebus factum est, ut sanguis eius exivisset proprietate, cuius virtus animam exhilarat, ut dixit Spiritus sanctus (*Psal. 103*): *Vinum iustificat cor hominis;* de quo vino se bibisse ait Christus: *Bibi vinum meum;* adiungitque, *cum lacte meo,* ad significandam magnam suavitatem, et dulcedinem, quam Christus expertus est tempore coenae, ut docet s. Thomas loco citato: quae suavitatis etsi gratiam Christo non auerit, quoniam illam habebat consummatam, et erat anima eius beata, communicavit tamen et dulcedinem, et suavitatem, sicut ipse indicavit, dicens (*Cant. 3*): *Comedi favum meum cum melle meo.* Quem cibum cum adeo suavem sensisset, noluit, tanquam fidus amicus, benevolus pater, et perfectus amicus, edere solus, et nobis filiis suis tantae dulcedinis experibus remanentibus: unde cum primum gustavit, conversus ad discipulos dixit (*ibi*): *Comedite, et bibite;* nec hoc contentus addidit, et *inheredantini.* Vult enim Deus, ut huius calicis, et divini poculi haustu amore ebrii flamus. Quae ex re alius divini huius sacramenti mirabilis effectus colligitur. Nam quemadmodum ebrius postquam vinum ventrem implevit, nullam habet rerum arbitrium, sed iacet semiaquus, et mundi rebus quasi mortuus, quoniam nec divitias curat, nec auctoritatem; ita qui digne sumit divinum hunc cibum, moritur mundo, et studiis eius, ac solum Christo vivo, sicut s. Ambrosius (*in comment. super Psal. 118*) expertus

fuera, quando dixit: *Hoc sacramentum inebriat affectus fidelium, ut curam saeculi huius, metum mortis, solitudinemque deponant.* Inquiramus tamen, quam ob rem, cum tot et tam frequentes ad hanc mensam accedant, et divinum hoc alimentum sumant, non sentiant eius dulcedinem, et suavitatem, nec tantam curas abiciant; immo tam procul absint ab huiusmodi effectibus, et affectibus, ut sacramentum hoc nunquam percipisse videantur. Ratio huius gravissimi damni in promptu est: quoniam dulcedo huius cibi duobus tantum personarum generibus a Deo promissa est, videlicet pauperibus; sicut dixit David (Psal. 67.): *Parasti in ditione tua pauperi Deus; et regibus, ut prophetauit Iacob (Genes. 49): Pinguis est panis eius, et praebit delicias regibus: pauperibus spiritum, qui sunt humiles, et viris mortificationis, qui tantum reges propriis dominantur affectibus, ut scribit Bernardus (ser. in coena), et Beda (lib. 3. in Luc. cap. 43), habentque rationis imperio subiectas proprias appellationes: his enim Deus suavitatem, et delicias divini huius cibi pollicetur est. Sed quia magna inter homines penuria est humilitatis, et mortificationis; ideo quoque indignitia magna est consolatorum, et deliciarum, quas Deus carnis Christi digne assumentibus promisit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XXI.

Prosequitur divini huius sacramenti effectus expositis sancti Thomae verbis; Mors est malis, vita bonis.

Angelicus Doctor sanctus Thomas considerans divinum hoc sacramentum, tanquam subiectum duarum rerum contrariarum, vitae nempe, ac mortis, dixit in Hymno illo qui in hoc festo ab Ecclesia canitur: *Mors est malis, vita bonis.* Proculdubio non vulgarem parit admirationem, quod in tam simplici causa lingantur tam contrariae proprietates, et in cibo uno condito, et temperato manu etusdem conditoris sapor vitae, et sapor mortis reperitur. In paradiso terrestri una vitae arbor, et altera mortis erat, quod autem eadem sit mortis, et vitae arbor, solum in hoc paradiso coelestis Ecclesiae militantis invenitur: *Namquid, ait sanctus Iacob, amantur aquam? minime; sed huius sacramento pariter utrumque inest: nam malis amarus mortis nomine praetermissio, de quo postea nonnulli disserant, de nomine vitae dicamus: nam id ex natura sua huic convenit sacramento; non vero mortis ex occasione pravae dispositionis illud recipientium. Mors non est a Deo, fuit instituta, ut scriptum est (Sap. 1): Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione vivorum.* Cum igitur vitam ex se ipso habeat

divinus hic panis, nam et scriptum est: *Quoniam apud te est fons vitae;* et Christus de se dixit: *Ego sum panis vitae;* quid vita sit, inspicimus. Quod non aliunde melius, quam a suo contrario, quod est mors, elucet; mors est privatio, et absentia principii motionum, et operationum vitalium, quae praesente privatione corpus ita vilescit, ut minimus culex vivus quovis excellenti animali mortuo praestantior sit, ut Salomon dixit (Ecl. 9): *Melior est canis vivus leone mortuo.* Si ergo mortis ea conditio est, vita erit principium, et fons motuum, et actionum vitalium, atque illa subiectio, cui communicatur, vitam dat magis, aut minus bonam, prout est perfectus, vel imperfectus vitae principium. Unde cum principium vitae in hoc sacramento existat ipsamet Deus, planum est, vitam, quae ab illo communicatur, esse divinam, ipso dicente: *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; sic qui manducavit me, et ipse vivet propter me;* cuius vitae particeps erat Apostolus, cum dicebat (Gal. 2): *Fidei ego iam non ego, sed vivit in me Christus.* Et licet fieri non possit, ut anima vivat Dei vitam per naturam, quae Pater, et Filio communis est, indicatur tamen, quam magna, et excellens sit unio animae cum Christo per gratiam, cum a Christo comparetur ei unio, quae in similitudine naturae, atque vitae inter Patrem, et Filium artissima omnium est. Unde Ioannes Chryostomus (hom. 83) inquit: *Nos secum, ut ita dicam, in unam naturam reducit: nec id fide solus, sed re ipsa nos suum corpus efficit.* Christus etiam alibi eandem comparat unionem cum ea, quae est inter vires, et palmites, et Paulus cum ea, quae inter corpus, et membra (Eph. 5): *Quia membra sumus corporis eius, de carne, et de ossibus eius.* Et hinc fit, quod quemadmodum Christus ratione vitae, divinae sibi communicatae, exercet per humanitatem suam actiones theantropicas, hoc est, Dei, et hominis; sic anima, quae Christo inseritur, et unam cum ipso corpus fit, participat modum eius in suis operationibus: nam ut dixit Philosophus, prout quaeque res est, ita et operatur. Cum igitur vita, cuius anima particeps est, sit divina, et supernaturalis, divinas etiam, et supernaturales eius esse oportet operationes. Praeterea, cum tales gigni soleant humores, quales cibi sunt, quibus alimur; anima, quae carne illius agni mansueti alitur, qui ad ubera Mariae nutritus fuit, quomodo non erit mitis, patiens, et ebria vino sanguinis Christi, quod a Zacharia (c. 9) vocatur, *Vinum germinans virginis?* Quomodo non erit casta, et purior angelis, qui nunquam talem cibum, et potum gustaverunt? Quomodo divina non sapient, et celestia eructabit, quae coelesti pabulo nutritur? Sed occurret aliquis: si hoc sacramentum in recipiente supponit vitam, quomodo illam largiri dicitur? Maxime quod sancta Synodus Tridentina ait, hoc sacramentum fuisse a Christo institutum ad spiritualem victum animarum nostrarum; victus autem supponit vitam in sumente illum. Huc accedit communis Theologorum opinio, dicentium, quaedam sacramenta instituta ad vitam animabus mortuis dandam,

vel ipsas regenerandas, sicut baptisma, quod vocat Apostolus *Lavacrum regenerationis;* vel ad animas a morte revocandas, quale est sacramentum poenitentiae, quod est, et appellatur sacramentum mortuorum; sacramentum autem Eucharistiae insitutum non fuit per se ad primam gratiam infundendam, sed ad illam augendam. Verum sacramentum hoc vitam dare, ac vitae nomen ei convenire tribus de causis, ut alias nunc silentio praeteream, indicabo. Prima ratio est, quoniam etsi rem tractare omni rigore scholastico velimus, habet hoc sacramentum virtutem ad infundendam primam animae gratiam, vitamque largiendam: nam, ut docet s. Thomas (3. p. q. 79. art. 8) qui existens in peccato mortali accedit ad sacramentum altaris cum attritione sola, et bona fide, quoniam examine conscientiae sufficienter facti sibi peccati mortalis non est conscius, et prudenter putat se habere contritionem, tunc per hoc sacramentum accipit primam gratiam, et a morte revocatur ad vitam. In ipso mundi exordio Spiritus Dei vitam dedit carni mortuae (Genes. 2): *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae;* nunc autem viva Christi caro mortuo spiritui vitam communicat: et post Adami peccatum, cum primum anima carni ab ipso propagatae iungebatur, labem contrahat, et peccati originalis morte peribat, nunc vero anima sacrae carni secundi Adami copulata ad gratiae vitam resurgit; ergo iure sacramentum hoc vitam nuncupatur. Comperit etiam est, antiquos Patres, ad mortuos excitandos, se ad illorum cadavera inclinasse, os ori, manus manibus, pedesque pedibus componentes: cuius caeremoniae fundamentum, et ratio non alia fuit, nisi quod sancti viri, et amici Dei confidentes se adepturos a Deo, quod petissent, procurabant unum quasi corpus fieri cum illo, quem a mortuis revocare volebant, veluti dicentes: Domine, ego sum hic mortuus, resuscita me Deus mi; ac praesta, ut quod hic mortuus per se non potest, per me consequatur. Hoc eodem ritu, et caeremonia usus videtur Christus in hoc divino sacramento, se uniens, et corpus unum faciens cum eis, qui ipsum digne recipiunt, ut per ipsam animam nostra reviviscens victoriam suam vitiorum, et in virtute perseverantiam, et pignus aeternae vitae certissimum adipiscatur. Secunda ratio, ob quam huius sacramenti vitae nomen aptatur, est, quia dat augmentum gratiae, idque salis superque est, ut pleno ore salus, ac vita nuncupetur: nam si de his rebus, quae vivunt ad salutem tuendam, dicere solemus, cibis hic, vel medicina dedit mihi vitam; quanto verius id de hoc sacramento dicemus, cum non solum accendat ignem charitatis, quae animae vita formalis est, verum etiam reliquorum sacramentorum effectus augeat, corroboret, et perficiat? Baptismus membra cum capite Christo coniungit; quae coniuncto in hoc sacramento perficitur, quoniam est sacramentum amoris, et unionis, ac propterea illud Christus in pane instituit, sicut dixit Augustinus: quoniam quemadmodum ex multis frumentis grana una fit massa, ita fideles uniri hoc medio sacramento debent; atque ita conformes fieri, ut de illis

dici possit, quod olim de primis Ecclesiae fidelibus dicebatur (Act. 4): *Erat cor unum, et anima una.* Sacramentum confirmationis armat Christi milites, et in fide inuit: quod et praestat Eucharistia, ut in sanctis visum est martyribus, qui tempore nascentis Ecclesiae se hoc pane fortiter, et strennuer praemuniebant ad veritatem fidei nostrae pro proprio sanguine subscribendam, et confirmandam. Poenitentia remittit peccata; quae hoc sacramentum etiam condonat interdum, iuvatque, ut a peccati morbo convalescamus; ac ne in alia delicta labamur, praeservat. Unde vocatur a synodo Tridentina; *Antidotum, quo liberamur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus praeservamur:* de quo etiam dixit Bernardus: *In magnis peccatis impediti consensum, et in minimis sensum minuit.* Christa, seu extrema unctio iuvamento est, dum ex hac via migramus; idque praestat hoc sacramentum, cum sit viaticum, et commentus instorum, quo sicut Elias, usque ad montem Dei Oreb pervenit, et in conficiendo itinere non defecit. Perficit quoque ordis, et matrimonii effectus: nam et sacerdotes, et coniuges hoc sacramentum frequentantes in virtute, et bono vitae exemplo proficiunt. Appellatur denique hoc sacramentum non solum vitam, sed vita etiam gloriosa, quoniam ab ipso est resurrectio, et corporum immortalitas, non solum, quia gloriae pignus, sed quia causa resurrectionis est, quemadmodum docuit Christus, inquit: *Qui manducavit meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Itaque sicut in statu innocentiae fructu arboris vitae attribuitur immortalitas; sic Christus resurrectione vitae huius ad immortalitatem, et gloriosam huius divini cibi, tanquam proprium eius effectum, assignat; quod in homilia sequenti latissime demonstrabimus.

Vidimus haecenus, quomodo sacramentum hoc sit *vita bonis;* nunc superest, ut quomodo sit *mors malis;* aperimus. In primis causa, propter quam iam divinus cibus multos non vivat, etiam si ex se ipso adeo sit fructuosus, ut ab eo, sicut iam docuimus, vita nostra dependat, est nostri animi prava dispositio: nam sicut tempore rebellioni, et contumaciae Pharaonis, aqua huminis in manibus Israelitarum erat clara, et utilis; in manibus vero Egyptiorum noxia, et sanguini similis quae differentia non ab aqua, sed a manu illam tenentis proveniebat; ita quoque iuxta praeparationem, et dispositionem, quae hunc divinum cibum praecedunt, mors, aut vita suscipitur: nam qui est in gratia, huius communis sacramentum recipit, et copiosum gratiae augmentum recipit; qui autem in peccato est, deterior, et foedior fit; acciditque illi spiritualiter, quod Henrico Imperatori, cui, ut refert Sabellicus (lib. 8), in hostia consecrata venenum porrectum attulit interitum. Huius propositi accommodari potest, quod memorat Plinius (lib. 16. c. 20) de quadam planta, quae a brutis comesta virus, hominibus vero admodum utilis est. Constat etiam experimento, apem, et araneum eodem alimento utiles,

propter naturae varietatem fructum producere diversum; nam apud favum mellis, araneus venenum, et virus elicit. Arca testamenti, huius divini sacramenti figura, trium mensium spatium apud Obededom hospitio excepta, ipsi, et domui eius magnum attulit utilitatem, et felicitatem, ut constat ex Scripturae verbis, aientis (1. Reg. 6): *Et benedixit Deus Obededom, et omnem domum eius; eadem tamen arca septem menses apud Philistaeos commorante, non solum benedictionem Dei non accepit Philistaei, sed graviter a Deo maledicti, supplicia divinitus immissa subierunt. Cuius differentiae nulla alia ratio fuit, nisi hospitii dissimilitudo, quoniam Obededom magna cum reverentia, Philistaei ita irreverenter arcam Dei susceperunt, ut illam in eodem altari, ubi erat eorum Idololum, locaverint. Ita nunc divinum hoc sacramentum *Mors est malis, vita bonis*, propter diversam illorum dispositionem, et reverentiam inaequalem, qua illud assument: quidam enim Deo grati humiliter, et reverenter, sicut Obededom; alii Deo invidi, sicut Philistaei, divinum hoc sacramentum collocant intra pectora plena peccatis, et vitii, quae ab ipsis non secus cogitant, quam Idola. Huiusmodi hominibus ita indignae ad Eucharistiam accedentes, vita huius sacramenti mors est, sicut bonis vera vita. In quo sensu interpretor verba Exodi, ubi dicitur agitur de panibus propositionis, qui typus sacri Iustus panis fuerunt, vulgata editio habet: *Panis propositionis*; et textus Hebraeus legit: *Panis facierum*, quae translatio quamvis dici optime queat, *Panem facierum* appellari hoc sacramentum, quia Christus ibi absconditus faciem Dei, et hominis habet; est tamen magis e re nostra, si dixerimus, hoc sacramentum ideo nominari *Panem facierum*, quoniam puris, et bonis ostendit Christus in hoc pane vultum placabilem, impuris, atque indignis horribilem, estque illis mel dulcissimum, his fel amarissimum: ac demum, ut dicit d. Thomas: *Mors malis, vita bonis*. Similis huius cibo fuit virtus verborum Christi, dicens (Mar. 14): *Ego sum*, quae verba venientes ut ipsum comprehenderent, terruerunt, et prostraverunt; discipulos autem exererunt, et roborarunt, cum dixit (Mat. 14): *Ego sum, nolite timere*. Quenam admodum igitur illud, *Ego sum*, variam habuit virtutem pro qualitate eorum, quibus dictum fuit; ita hic vultus cibis non aliud est, quam quod nostra dispositio meretur, ut sit; nam si dispositio est mala, mors est malis; si bona, vita bonis: *Vide panis sumptionis, Quam sit dispar effectus*.*

HOMILIA XXII.

Variis locis sacrae Scripturae veritatem existentiae corporis Christi in hoc sacramento demum comprobamus, ac de necessaria munditia ad eius receptionem nonnulla tradimus.

Eximiam huius mirabilis sacramenti difficultatem, praeter omnia superius dicta, non obscure mihi indicare videntur verba illa Sponsae (Cant. c.2): *In ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos*. Non me latet d. Gregorium (super hunc loc.) parietis nomine intelligere Christi humanitatem, sub qua divinitas delitebat; ad quem parietem quidam non infirmi nominis auctores se convertisse regem Ezechiam autumant, quando, ut ait sacer textus, *Conversus ad parietem, oravit Dominum*. Alii tamen perdocti expositores hunc locum interpretantur de Christo Domino sub pariete accidentium panis et vini latitante: *En ipse stat post parietem nostrum*. Quibus verbis innuit Sponsa, quam absconditus adsit Christus in hoc sacramento, cum comparet illum cum existente post parietem, qui a nemine videri potest. Cui interpretationi consonant verba Isaias (cap. 53): *Vere tu es Deus absconditus*. Certo Deus, ut auctor naturae est, licet comprehendi non possit, absconditus tamen non est lumini naturali, Apostolo dicente: *Invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Quamvis etiam arcana Dei consilia abscondita sint, saepe tamen amici Dei patent ex divina liberalitate: unde Dominus dicebat: *Nunquid potero celare Abraham quod facturum sum?* Prophetis etiam persaepe abditissima sua secreta aperiebat: in caelesti deinde patria, quamvis beati non cognoscant Deum quantum cognoscibilis est, clare tamen vident omnem entitatem tam absolutam, quam relativam ad intra, ut loquuntur Theologi, iuxta illud Ioannis (c. 3): *Cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*. Quid plura? Quamvis Apostolus (ad Ephes. 3) loquens de Verbo incarnato, voec investigabiles divinitas Christi, et mysterium absconditum a saeculis; quaedam tamen adeo divina opera Christus Dominus patrabat ad confirmationem veritatem suae divinitatis, nimirum revelationem cogitationum cordis, mortuorum resurrectionem, et portentosa alia miracula, ut ex illis hand difficile deprehenderetur non purus homo, sed pariter Deus esse. Ac tandem, ut plura paucis comprehendam, absconditus erat Christus in porticu Bethlehem, sed angelicaster (Luc. 2): *Gloria in Altissimis Deo*, et pastores divino lumine illustrati festinanter ad praeseptum adeuntes, latentem infantis divinitatem detegebant. Absconditus erat circumcissionis vulnere cruciatus, quod solum peccatoribus intelligi solebat, sed ibi eius divinitas manifestatur, dum ei nomen Iesu imponitur, quod *Salvator* interpretatur. Absconditus

adhuc latebat intra bethlehemiticam speluncam, et ecce reges ad illum, tanquam Deum, et hominem adorandum e longinquis regionibus adventarunt. Ubi denique magis absconditus Deus, quam in abiectione crucis patibulo mortem sustinens? Innumera tamen prodigia, ut solis obscuratio, petrarum scissio, monumentorum reseratio, corporum resurrectio illa aperte divinitatem eius contestata sunt, ut Centurio illa observans, in ea prorumpens verba (Matth. 27): *Vere Filius Dei erat iste*, et quantum homo absconditus fuerit, non tamen semper prospiciebat per cancellos, ita ut videri non posset, sed quoadque respiciebat per fenestras, per quas et videbat, et videbatur. In hoc tamen abditissimo Eucharistiae sacramento: *En stat post parietem, prospiciens per cancellos*; nunquam tamen respicit per fenestras adeo, ut etiam supremus seraphinus totum conatum suae naturalis facultatis adhibens, secretissimum hoc mysterium intelligere non valeat. Verbis enim consecrationis tam mira inest virtus, ut substantiam panis in corpus Christi convertant, nulla prorsus in pane externa, et sensibili mutatione facta, unde conversio substantiae panis in corpus Christi quomodo subodorari possit. Parva deinde quantitas modici panis, et quaelibet etiam minima particula, magnae molis integrum Christi corpus capit, accidentia sine subiecto illa sustinens, natura mirante conservantur: fractis speciebus non dividitur, nec frangitur Christi corpus; deficientie substantiae panis, non minus cibabit hostia consecrata, quam si panis substantia addeset: ac tandem Christus Dominus coeli cacumina tenens, ab eo nunquam recedens, substantialiter adest, secundum realem, ac veram praesentiam in singulis hostiis per universum orbem consecratis. Haec, et alia pene innumera prodigia, quae in hoc latent sacramento, obscurum adeo illud reddunt, ut si sensus ad eius veritatem attestandam accersantur, sententiam suam contra illud incunctanter profert: visus testatur se panem videre; auditus cum frangitur hostia, panis rupti fragorem sentit; odoratus panis odorem se percipere ait; gustus panis saporem se degustare non diffidet; tactus denique panem tangere certo sibi suadet. Quod si intellectum iudicem constituamus, sane, cum eius cognitio ortum ducat a sensibus, adeo ut Aristoteles dicat (lib. 3. de anim. cap. 4): *Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu*, nisi alioquin superno lumine divinitus illustraret, sensum sententiam latam confirmabit. Atque hoc humanae rationis iudicium sequentes olim Hebraei, audientes Christum dicentem (Ioa. 6): *Caro mea vere est cibus*, continuo dixerunt: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Immo, et Discipulos d. Ioannes testatur, verba illa protulisse: *Darius est hic sermo, et quis potest eum audire?* Refert Plutarchus (in L. de curios. vitand.), Athenis Aegyptum afferentem rem quandam pallio involutam, dum a graeco quodam interrogaretur, quid illud esset, quod pallio coopertum portabat, respondisse, *ideo obelatum est, ut tu nocuas*. Non secus placuit Christo Do-

mino ita se obvelare sub pallio specierum panis, et vini, ut non solum sensus quantumcumque perspicax, sed nec discretissimus intellectus, etiam angelicus solus virtibus naturae illud percipere valeat. Quare opus nobis est, divum Paulum imitari, ut sicut ille cum a iudice Festo dissonant contra se sententiam ferri audiret, ad Caesarem appellavit, dicens (Act. 25): *Caesarem appello, ad Caesaris tribunal sibi me oportet iudicari*; ita et nunc nobis faciendum est, cum sensus, et intellectus naturalis solum suo lumine inintentes, sententiam Iulianum contra veritatem praesentiae Christi, et absentiae panis in hoc sacramento, ad tribunal Ecclesiae catholicae nobis appellandum est: illa enim veram sententiam ferret, ut re vera illam tulit per varia Concilia, praesertim tamen per sacrum Concilium Tridentinum (sess. 13. c. 1): sicut enim olim subsecutum illud aenigma proponente Sansone (Jud. 14), de comedente excavit cibus, et de forti egressa est dilectio, omnes illud ignorarunt, quousque Dalila eius sponsa illud propagavit eis: unde ipse Sanson dixit illis: *Si non arassetis in cutis mea, non cognovissetis propositionem meam*; non dissimiliter si Ecclesia catholica dilecta Dei sponsa nobis tanquam veritatem a Deo revelatam, et a Christo Domino prolata non proposuisset, certe propositio illa, *Caro mea vere est cibus*, omnino nobis ignota esset. Verba autem, quibus Ecclesia catholica in praecellito loco Concilii Tridentini (ses. 13. c. 1), varia huius sacramenti mysteria nobis reserat, haec sunt: *Principio docet sancta synodus, et aperte ac simpliciter profiteretur in almo sanctae Eucharistiae sacramento post panem, et vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum, et atque hominem vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum verum sensibilibus contineri*. Illis quidem verbis tot Haereticorum deliramenta confutantur, quod catholica dogmata in eis continentur. Docet enim primo Concilium, post consecrationem Christum adesse huic sacramento, quod negant Lutherani; docet deinde virtute consecrationis fieri hanc praesentiam Christi sub speciebus contra haereticos Ubiquistas, qui eo, quod verbum ubique adest, putant corpus illi unitum ubique etiam adesse; docet rursus Concilium, substantiam corporis Christi vere, hoc est reipsa, et non in signo, et figura esse in hoc sacramento, cuius contrarium impie venditant sacramentarii: ait praeterea Concilium, Christi corpus realiter hic adesse, ut confutet errorem Calvinistarum asserentium solum esse hic, prout fide apprehenditur, quod et affirmare non fuit veritus Zuinglius in confessione ad Carolum, ut auctor est Beza (in lib. de coena Dom. cont. Uestophalum c. 9). Adit tandem Concilium substantialiter adesse Christum sub speciebus, tum ad refellendum commentum quoddam Calvinistarum, somniantium sub speciebus adesse quandam virtutem, sui vigorem a Christo in accidentia panis dimanantem, non vero propriam eius substantiam; tum, ut manifestaret modum existendi Christi non esse per modum extensionis in ordine ad locum, sed per modum substantiae